



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

III Alte[rum] inco[m]modu[m] est crassicies ingenio[rum], ha[n]c Paulus
notauit in Corinthijs ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-30878

CONGRESSVS SECVNDVS
PRIMVM AXIOMA.

¶ Rationi consentaneū est, ut pro negotijs quæ salutem animarum concernunt quidam deputentur qui totius multitudinis curam gerant.

II



VIVS rei necessitas liquere potest, quū ob aliā, tū ob sex potissimū incōmoda, quibus maximam christianorū partē obnoxia esse certissimū est. Primū est facilitas desciscendi a fide, de qua Paulus. I. ad Timoth. J. dicit. Nonnulli circa fidē naufragiū fecerūt. Et rursum eodē. Quidā aberrarunt a pura cōscientiā & fide non simulata. Sed & idē Paulus cōplures eorū ad quos scribit, monet, ut in fide sint constātes, nōnullos uero q̄ defecerint coarguit, & maxime ad Galathas. Q̄ si deficere possint a fide qui fidē semel admiserūt, quis nō uidet, quin admonitore quodā & pastore sit opus, qui sermonē prædicet, instetq̄ tēpestiue & I. Timo. 4. intempestiue, arguat, increpet, exhortetur, uti Paulus Timotheum instituit.

III

¶ Alterū incōmodū est crassities ingeniorū, hāc Paulus notauit in Corinthijs, quos uelut carnales arguit & infantes in Christo, q̄bus lacte sit opus, quū adhuc p̄ infantia eis r̄ licuisset solido cibo uesci. Id ipsum itē Hebreis impropert. Facti (inquit) estis hi, quibus lacte sit opus, nō solido cibo. Et ne quisq̄ hoc alio trahat q̄ ad segnicie intellectus proxime ante coarguit eos, auribus esse factos segnes, & quū pro ratione temporis doctores esse debuissent, egere tamē eos asseruit ut docerētur, que sint elementa initionis eloquiorum dei. Ad hęc & Galathas & *υοιτοις* appellat. Erant em̄ ex Gallis oriūdi, unde iuxta Hieronymū, originis ingeniū, ingenij tarditate referebant. Quis igit̄ istiusmodi hominibus negabit opus esse doctore?

Galath. 3

III

¶ Tertiū incōmodū est, procliuitas ad omne malū, hanc in I. Corin. 12 Corinthijs itidē Paulus fuisse testat, quū dicat. Metuo ne quæ fiat ut si uenero, nō quales uelim reperiā uos, & ego repiar uobis qualē nolitis, ne q̄ mō sint cōtentiones, emulatiōes, iræ, cōturbationes, obrectatiōes, susurri, tumores, seditiōes. Et mox subdit. Et lugeā multos eorū q̄ añ peccauerūt & nō pœnituerint super immūditia & libidine & impudicitia quā patrarūt